UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conciliis Generalibvs Approbatis Ac Reprobatis Breve Compendivm.

Longo, Francesco

Romae, 1624

23. Lugdunense I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10467

Visual Library

De Concilio Lugdu-nenſi I.

Anno D. 1245.

ANno Dom. 1245. Innocentius IV. Papa Lugdunum veniens, data epiſtola ad omnes Epiſcopos, ac Reges, & Principes Chriſtiani Orbis, eos ad Synodum Lugduni celebrandam inuitauit: quamq. poſt feſtum S. Ioannis Baptiſtæ celebrauit. In qua inter alia, quintam partem ab Eccleſijs redditunm requiſiuit. Imperator Fridericus II. pro ſe quoſdam miſit, inter quos erat quidam Thaddeus, Doctor legum, qui pro eo elegantiſſimè allegauit, ita ut plurimorum audientium ſibi conquireret fauorem. Nihilominus autem Papa in die S. Iacobi, feria tertia, quæ ter-

tia dies erat Concilij, ipſum Imperatorem excommunicauit. Citatus enim, & non comparens, à Cæſarea Maieſtate, & Imperiali culmine, auctoritate propria depoſuit: & hanc depoſitionem per totam Eccleſiam promulgauit, præcipiens ſub interminatione excommunicationis, vt nullus eum Imperatorem de cætero nominaret. Qua ſententia per mundum volante, quidam Principes cũ multis alijs reclamabant, dicentes. ad Papam non pertinere, Imperatorem vel inſtituere, vel deſtituere: ſed electum à Principibus coronare. *Quod quàm à veritate diſtet, patet tum iure, quia Romanus Pontifex totius Eccleſiæ, ideſt, omnium Chriſtianorum Pater, & Paſtor eſt, vt latè in noſtra Summa Conciliorum, Prælud X. demõſtramus*

Innoc. Imperatorem excommunicat.

Papa totius Eccleſiæ Pater, & Paſtor eſt.

Henric. IV. Imp. Papæ ſuperioritatem agnoſcit.

mus, Extat pro hoc epiſtola Henrici IV. Imp. Cui primus ex Germanicis Impp. cum Rom. Pont. graues inimicitias geſſit) ad Principes Imperij, quam totam refert Abbas Vrſpergenſis in Chronico anni 1106. in qua hæc habentur: Præterea Domino Papæ in præſentia Legati ſui, & veſtra obedire parati ſumus & nunc parati ſumus ei omnem debitam reuerentiam, & obedientiam ſincero corde, & deuotione præſẽtialiter exhibere. Patet etiam facto, nam hac poteſtate 4. Reg. 11. & lib. 2. Paralip. cap. 23. Ioiada Pontifex Athaliam Reginam tyrannidem in populo exercentem, à regno amouit, & Ioas Regem conſtituit.

Ioiada Põtifex Athaliam regno priuauit.

Hac poteſtate Gregorius Papa II. Leonem Imperatorẽ Iconoclaſtarum hæreſi ſtudentem, atque eam in Italiam inducere

Greg. 2 Leonẽ Imp. excommunicauit.

ducere molientem, non ſolùm excommunicauit, ſed etiam vectigalibus Italiæ prohibuit, vt Cedrenus, & Zonaras in eiuſdem Leonis vita ſcriptum reliquerunt.

Eadem poteſtate Pontifex Zacharias Hilderici regnum, quòd eius ſocordia Catholica Religio in Gallijs non modicum detrimentum pateretur, in Pipinum, & filios tranſtulit. Zachar. Papa Hilderico regnũ abſtulit.

Eadem poteſtate Leo III. Põtifex, Regem Nordhamumbrorum, Regno ſuo iniquè pulſum, atque ad ſe, tanquam omnium Chriſtianorum Caput, & Principem fugientem, per Legatos ſuos in regnum reſtituit, vt Aimonius ſcribit lib. 4. de rebus geſt. Francor. c. 96. & Rhegino lib. 2. Chron. anno 808. Leo 3. Põt. Regi Nordamhumbrorum regnum reſtituit.

Eodem deniq. iure idem Leo Romanum Imperium à Græ- Leo idem Imperium Romanũ à Græcis ad Frãcos tranſtulit,

cis ad Francos trãſtulit; quod iam longo vſu didiciſſet, Græcos, aut non poſſe, aut nolle laboranti Eccleſiæ opem ferre; ac tum metuendum id maximè videretur, cùm, Imperatore Conſtantino, fraude ſuorum excæcato, fæmina, quod antea nunquam acciderat, Romano Imperio præſideret.

Fæmina Romano Imperio præſedit.

Interea, Papa ſibi fecit citari Principes, quos ad Imperium regendum credidit idoneos, vt aliquis eorum onus Imperij ſumeret, & laborem: promittens ei, quicunque Imperium aſſumeret, conſilium, & auxilium pariter, & fauorem.

Aliqui tamen ipſorum Fridericum ſequentes, mandatũ Papæ non curauerunt; cæteri autem in vnum conuenientes, Henricum Prouincialem Comitem Haſſiæ in Regem contra Fridericum eligentes, par-

tes

tes eius, quantum potuerunt, defendebant. Electus autem Henricus bellum cum Conrado habuit filio Imperatoris in campis iuxta Francofordiã & victor euadens, Conradum ſuperauit.

Annis igitur quinque nomen gerens Regium, nihil memoria dignum patrauit, ſed obijt, Imperij coronam minimè conſecutus. Quamdiu enim vixit Imperator Fridericus per annos fermè ſex, prçualere contra eum, nec Papa, nec aliquis Principum potuit: ſed non aduertens ſententiam Papæ (quam iniuſtam, & friuolã dicebat) ſe Imperatorem geſſit, magnamque Principum, nobilium, & ciuitatum adhærentiam habuit vſque ad mortem. Hæc ex Abbate Stadenſe, & Trithemio. *Frider. Imper. excom. Papæ paruipendit.*

Actum fuit etiam in hoc

S. Ludouicus Rex Galliæ ad recuperandam Terram Sanctam Dux conſtituitur.

Concilio de recuperanda Terra ſancta, S. Ludouico Francorum Rege, illius quintæ expeditionis ſacræ Duce conſtituto. Qui Cruce ſignatus, vbi in Aſiam cum ingenti exercitu traieciſſet, primo prœlio Saracenos fugauit. Sed cùm ex peſtilentia magna militum multitudo perijſſet, victus ipſe, captuſque eſt. Rebus poſtea cum Saraçenis compoſitis liber Rex, exercituſque dimittitur. Quinque annis in Oriente commoratus, plurimos Chriſtianos à Barbarorum ſeruitute redemit: multos etiam infideles ad Chriſti fidem conuertit: præterea aliquot Chriſtianorum vrbes refecit ſuis ſumptibus. Cùm verò mater eius è vita migraſſet, redire cogitur in Galliam quinto poſt anno.

De

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN